Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36569
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

ne sine dampnationis iudicio miscerī se feminis iacentibus putent. Cum enim paulus fornicationis utriusq; tot criminib⁹ execrandis inserit. cuius sit reatus indicant dicens. Neq; fornicatores. neq; ydolis seruientes. neq; adulteri. neq; molles. neq; masculorum concubitores. neq; fures. neq; auari. neq; ebriosi. neq; maledici. neq; rapaces. regnum dī possidebunt. Et rursum. fornicatores aut̄ ⁊ adulteros iudicabit dⁿs. Admonendi sunt itaq; ut si temptationum procellas cum difficultate satis tolerant. coniugii portum petant. Scriptum quippe ē. Melius est nubere q̄m uri. Sine culpa seilicet ad coniugium ueniunt. si tamen nec dum meliora deuouerunt. Nam quisquis bonum maius subire proposuit. bonum minus q̄d̄ eum illicitum fecit. Scriptum quippe ē. Nemo mittens manum sup̄ aratrum ⁊ respiciens retro. aptus ē regno celorum. Qui ḡ fortiori studio intendere ut retro ⁊ spicere uinceret. si relictis bonis amplioribus ad minima retroq̄ ut̄.

Alit̄ admonendi sunt peccatorum carnis ⁊ seu. ‡ xxviii. atq; alter iguari. Admonendi namq; sunt peccatores carnis exp̄ti. ut mare saltum post naufragium metuant. ⁊ p̄dationis sue discrimina ul cognita p̄horrescant. ne qui pie post p̄ peccata mala seruati sunt hec impbe repetendo moriant. Vnde peccātī anime nunquam a peccato desinenti dicit. Frons mulieris meretricis facta est t̄. noluisti erubescere. Admonendi itaq; sunt ut studeant quatenus si accepta naturē bona integr̄ seruare noluerit. saltem scissa resarciant. Iubs numium necesse ē ut p̄pendant intam magno fidelium numero quā multi ⁊ se illibatos custodiant. ⁊ alios ab errore conuertant. q̄d̄ ḡ isti dicturi sunt. si alius integritate statuib⁹ ipsi nec p̄ dampna resipiscunt.